

**G**tores sunt: ubi nemo vincitur quicumque pervenerit, sed omnes puppes que periculis fuerint, coronantur: ubi palma merces salutis, victoria precium regressionis est? Quantum etiam distat inter directos cursus ac reflexos? Isti perpetuantur, hi resolvuntur. A diuice remigibus contexta litora, quibus vexillum exeundi aura de celo est. Itaque aurigae plausum inanē referunt, hi solvant vota seruati. Quid de Iona dignū loquar, quem cetus excepit ad vitam, reddidit ad prophetandi gratiā? Emendauit aqua, quem terrena deflexerant, psallebat in utero ceti, qui moreretur in terris. Et ut vtriusque redeptio non preteratur elementi, terrarū salus in mari ante præcessit, quia signū filii hominis, signū Ionæ. Sicut iste in utero ceti, sic Iesus in corde terre. In utroque remediū, maius tamen in mari pietatis exemplū, quoniam exceperunt pisces quem homines refutarunt: & quem homines crucifixerunt, pisces seruauerunt. Petrus quoque in mari titubabat, sed non labebatur: & cōfessus in fluctibus, negavit in terris. Itaque illic quasi deuotus manu apprehenditur, hic quasi oblitus aspectu cetero conuenitur. Sed iam rogemus dominū vt sermo noster quasi Ionas eiciatur in terrā, ne diutius in salo fluctet. Et bene iam exiuit acurbita, que obumbret nos a malis nostris, sed & ipsa procedente sole arefacta admonet requiescendum, ne interætare incipiamus ingenio, & nobis etiā verba deficiāt. Certe plus nobis quam Niniuitis data est aquis in remissio peccatorum.

De pulchra introductione sermonis de natura auium habendi. Cap. XII



**I**cum paululum conticissem, iterū sermonem adoratus aio: Fugerat nos fratres dilectissimi necessaria de natura auium disputatio, et sermo huiusmodi nobis cum ipsis auibus euolauerat. Fit enim natura quadam, vt hi qui aliquid intuentur, vel dicēdo exprimere volunt, eorū qualitatem que vel intuentur vel loquuntur assumāt, vt & cum pigrioribus immoremur, & cum velocibus celerit rapiamur aspectu, stylo quoque aut tardiore vtamur aut rapidiore. Itaque cum caueo ne mari demersa pretereā, & aquis operta me lateant, effugit omne volatile, quia dum inclinatur imos aquarum gurgites scrutor, aerios non respexi volatus, nec umbra saltē pennę me præpeditis reclinauit, quæ in aquis relucere potuit. Veni ubi omne negociū expeditum putari, et absolutū me credidi, & diem quintū consummatū arbitratus sum, venit in mentem auium natura, quæ cum eunt cubitum, quasi peracto lætę munere, æthera cantu mulcere consuerunt: quod velut solenniter surgente & occidente die instaurare consuerunt, vt decursi vel adorandi nocturni iuxta ac diurni temporis laudes suo referant creatori. Magnū igitur incentiuum excitandæ nobis deuotionis amiserā. Quis enim sensum hominis gerens non erubescat sine Psalmorū celebritate diem claudere, cū etiam minutissimę aures solenni deuotione et dulci carmine ortus dierum ac noctium prosequantur? Redeat igitur nobis volaticus sermo, qui pene fuerat elapsus ex oculis, & aquilæ modo alta petens, volatus suos subdixerat nubibus, nisi quia oculos abluti aqua dum de gurgite leuamus ad cælū, speculati vacuum aeris volatibus ferri, ad necessitatem styli putauimus esse reuocādum. Eritis vos iudices, qui estis aucupes verbi, vtrum consuetius euolasset, an vtiliter in nostra retia sit relapsus. Nec vereor ne fastidium nobis obrepit in volatilibus requirēdis, quod non obrepit in gurgitibus perferunt dis, aut aliquis nobis in disputatione obdormiat, cū possit auium cantibus excitari. Sed profecto qui inter multos pisces vigilauerat, nō dubito quod inter canoras aues somnum sentire non possit, quin tali ad vigilandū gratia prouocetur. Neque vero vile putetur quod potuit

præterire, cum sit tertia pars in animantibus creature. **T**ria enim genera animantium esse non dubiū est, terrenum, volatile, aquatile. Denique sic scriptum est: Producant aquæ reptilia animarum viuētium secundum genus, & volatilia volantiā super terram secus firmamentum cæli secundum genus. Reuocamur ad superiora sicut obliuioſi viatores, qui cū inconsulto præterierint, in sua reuertentes vestigia, incuriæ suæ multam repetito itineris labore suscipiunt. Est tamen etiā bonus viator qui dispēdium regressionis, reliqui itinēris compendiosa celeritate compenset, vt mihi faciendum arbitror: maxime cum de auibus sermo sit, que solet oculos hominū volatū propere perfringere. Quid enim cōueniētis immorari, in quibus celeritas placere consuevit? Auuis igitur atque inuitatus in tali genere descriptionis sermo noster canoris auibus resonet ac resulset. Sed vnde mihi cygnea carmina, que etiam sub graui mortis imminenti terrore delectant? Vnde mihi illos naturalis modulor cantilenæ, quibus etiam paludes sonore cantus edunt dulcissimi suauitatē? Vnde mihi vocem psittacæ, dulcedinēque merularum? Vtinam saltem luscinia canat, que dormientem de somno excitet. Ea enim auis significare solet diei surgētis exitum, & effusorem diluculo deferret ætiam. Tamē si illorū suauitas deest, sunt gementes turtures, & rauce columbæ, tum etiam cornix plena voce pluuiā vocat. Vnde rurale auianū sermone quo possumus, scientia quam nos rusticani docuerunt, persequamur.

De ordine dicendorū, ac natura auium quæ circa aquas maris fluminūque versantur. Cap. XIII.



**I** quonia de aquatilibus reptilibus diximus, arduū est vt subito ad aues celi sermo noster ascēdat. Et ideo de iis auibus prius dicamus, quæ circa aquas maris fluminūque versantur, cum quibus possumus emergere. Itaque ab halcyone sermone adoriāmur. Ea est auis maritima, quæ in litoribus foetus suos edere solet, ita vt in arenis oua deponat medio fere hyemis. Nam id temporis fouendū habet deputatum partubus, quando maxime insurgit mare litoribus, vehemētiorque fluctus alliditur, quo magis repentinæ placiditatis solēnitatis auis huius eluceat gratia. Nāque vbi vndosum fuerit mare, postis omnis subito mitescit, & omnes cadunt ventorū procelle, statimque aurarū quiescit, ac placidum ventis stat mare, donec oua foueat halcyon sua. Septē autē dies foetus sunt: quibus decursis educat pullos, foetusque absoluit: illico alios quoque septem dies adiūgit, quibus enutrit partus suos, donec incipiant adoleſcere. Nec mireris tam exiguum nutrimenti tempus, cum absolutio foetuum tam paucorū dierum sit. Tantam autem gratiam minuscula auis diuinitus indulta habet, vt hos quat uordicim dies nautici præsumptæ serenitatis obseruent, quos & halcyonidas vocant, quibus nullus motus procellosæ tempestatis horrescit. Nonne vos passeribus pluris estis? dominus ait. Si igitur auis minuscule contemplatione & insurgit mare, & repente cōprimatur, atque aspera hyemis inter ingruentes procellas tempestatēque ventorum detergit cæli nubila, fluctusque composit elementis omnibus subito inuisa tranquillitas: quātum præsumere debeas o homo ad imaginem dei factus, agnosce: si tamē auiculæ istius fidem studio deuotionis imiteris. Illa tempestates videns insurgere, saeuire ventos, inter hyberni seu nō reuocatur neque refectitur, sed impellitur. Denique in littore sua oua cōstituit, vbi ea relabente fluitu madida adhuc arena cōstitiat: nec insurgentes fluctus quos immurmurare atque allabi videt, reformidat. Et ne putes quod onorū videatur habere cōtemptum, cōtinuo vbi deposuerit oua, nidificat, & suo partus corpore fouet, nec salutis propriæ alluioſe

De halcyone.

M

Lucę 11.